



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

34. De Ambitu siue Amplificatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

dum, & temperatè se laudat, vt in oratione *παραίσις*, vbi cũ de suis laudibus esset dicturus, artificiosissimè præfatur veniam, & se aduersarij importunitate, in eam dicendi necessitatem compulsū ostendit, vt sine rerum gestarum suarum commemoratione non possit se defendere. Ad summum, quæ adfert, aliqua moderatione lenit, & temperat, vt: *οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλινθίοις ἔγῳ, οὐδ' ἐπὶ τέτοις μέγισον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ, ἀλλ' ἔδω βάλῃ τὸν ἐμὸν τεχισμὸν.* Non ego lapidibus, neque lateribus urbem munivi, non his de rebus, non ob hoc opus maximè glorior. Sed si meam voles munitionem, & cetera. At Cicero longè magnificentius, sed inuidiosius (Ego tela extremo mense consularis mei intenti iugulis ciuitatis de coniuratorum nefarijs manibus extorsit. Ego facies iam accensas ad huius urbis incendium comprehēdi, & extinxi. Me Q. Carulus princeps huius ordinis, & auctor publici consilij, frequentissimo senatu parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clarissimus, qui propè te sedet, L. Cælius, his audientibus ciuicam coronam debere a se dixit. Mihi togato Senatus, non vt in ultis, bene gesta, sed vt nemini conseruata: eijs singulari genere supplicationis Deorum immortalium templa patefecit) & cetera, quæ ibidem fusillimè prosequitur, quæ licet grauissima sint, sæpius tamen repetita non placent. Omnino considerandum est, quis & apud quos dicat, quibusue auribus audiatur. Mirificè D. Paulus hanc figuram pertexit in illa nobili sua laudatione ad Corinthios, vbi Phocius notat insipientem esse oratorem, qui vanè se iactat, & inaniter gloriatur. Qui autem de seipso, & magna dicit, & vera, idque causa vtilitatis animæ, videbitur insipientiæ verba dicere quantum ad speciem, non tamen insipiens est, sed prudens admodum, & quæ prudentissimi sunt, operatur, quodd expertem rationis calumniam ob aliorum salutem, & incolumitatem despexit.

Cicero of-
fusor...

D. Paulus
sua lauda-
tione...

ἡ ἰσχυρότης, & σφοδρότης, & τὸ ὑπὸ τῆς λαμπρότητος. Virtus est perfectissima, quæ ex temperate asperitatis, vehementiæ, & splendoris emergit, vt *Νοσημα γοῦ, ὁ ἀδρῆς Αθηναίου, δεῖδον ἐμπέπλων ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ χαλεπὸν, καὶ πολλὰ τινος εὐτυχίας, καὶ τῆς παρ' ἡμῶν ὑπαιμαλίας, διόλωρον.* Mōrbus, Athenienses, inuasit Græciam grauissimus, idemque difficillimus, qui fortunam magnam, Demostheni & vestram curationem requirit. Vt igitur *παραίσις*, *ἀκμή*, *κρίσις*, *σλος*, & vigor ætatis appellatur, sic *πρῶτος ἀκμῆ* τῶνος est viuuda quædam, & florens oratio, quæ nihil humile, nihil repens, nihil demissum, aut otiosum habeat. Plena sunt exemplis apud Ciceronem omnia, maximè in Philippicis, in quibus maior est orationis vigor. Non est, non est vobis, Quiritites, cum eo non certo men, cum quo aliqua pacis conditio esse possit: neque enim ille seruitutem vestram, vt antea, sed iam iratus sanguinem concupiscit. Nullus ei videtur esse iucundior, quam crucior, quam cædes, quam autè oculos trucidatio ciuium, & cetera.

Cic. Philip.

De Ambitu, Sive Amplificatione.
CAP. V. XXXIV.

Quinta virtus enumeratur ab Hermogene, *Ambitus* quæ vocatur *παραίσις*, Latini oratione cit. quid? cum ductam reddunt, quæ quidem nullo pacto mihi differre videtur, ab ea, quam *ὑψηλὴ* Dionysius Longinus appellat, quæ est, vt ait idem, *Longinus συμπλήρωσις ἀπὸ πάντων τῶν ἐπιφερομένων πρὸς τὸν ὄρον, καὶ τῶν ἐπιφερομένων τῆς ὑψηλότητος τὸ κατασκευάζειν.* Est plenissima amplificatio ab omnibus locis, & adiunctis, quæ in rem cadere possunt, quæ frequentatione rerum, & commemoratiōe orationem corroborant.

Hæc cum Hermogene consentiunt, qui *Ambitus* *πρὸς ἑκάστην* ait fieri, modo rem à genere tanquam *quomodo* fonte, à thesi scilicet ad hypothesin arcessedo, *ἢ ἢ* modo singulas discutiendo circūstantias, modo commemoratiōibus varijs vtendo, ex quibus oratio sensum crescit, & leuioribus prætexta principijs ad summum efflorescit decus.

Prima autem amplificandi ratio est, quæ à *Ambitus* Rhetoribus dicitur *τοκμηγία* locorum expli sive amplificatio, dici non potest quantum ad ratione amplificationis faciat, cum artificiosa subtilitate *modi 4.*

De Vigore.

CAP. V. XXXIII.

Vigore quid? Ex his virtutibus, temperatis, quarta suboritur, quam Rhetores *ἀκμῆν* nominant, quæ (vt ait Hermogenes) est *μῆξις τῶν ἀπὸ*

Vigore quid?
ἀκμῆν.

te simul copulantur, & variè miscentur, de quo nos alibi futius.

Secunda est *λίανος* exaggeratio rei maximè per adiuncta, cum gravitate orationis, quale est illud. (Facinus est vincire civem Romanus scelus verberare; propè parricidium necare: quid dicam igitur in crucem tollere?) Hæc in eodem loco commorans rem expendit, auget, & in summam, quam potest, magnitudinem attollit.

Tertia est *παραμάρον & κατασκευών ἐπιβήτω*. Rerum, & constitutionum frequentatio, atque corroboratio, cum loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem lapsus reditur, qui locus tanquam sanguis per totum corpus orationis diffusitur.

Quarta *ἁποικονομία τῶν ἔργων ἢ παθῶν*, factorum, affectuumq; prudens distributio. Vbi totum aliquod in partes exquisitè digeritur, & sigillatim omnis expenduntur, tum variorum affectuum figuris, ut res tulerit contemperantur. Ad summum in locis, & figuris tota amplificatio sita est, de quibus libro septimo dicemus. Hæc est virtus *πρὸς βολῆς*, quæ ad gravitatem, & magnitudinem orationis maximè attinet. Nam etsi breves orationes, nec diffusius circumductæ plus habeant aliquando amœnitatis, plenæ tamen illæ, & vberes maiori dignitate præditæ sunt. Sed cavendum maxime, ne amplificationis studio, tum in prolixitate, tum etiam in puerile dicendi genus delabamur. Nihil enim ad nauseam excitandam efficacius, quam si res, & communes, & notæ, nec adeo speciosæ, communium locorum, frigidarumque locutionum congerie amplificentur, hoc maximè sæculo, in quo aures potius rebus, quam verbis pascuntur.

De methodo gravitatis.

CAPVT XXXV.

Longinus *ἐπιβήτω*. *Gravitatis methodus* *quinque rebus constat.* Grandis oratio in genere quinque rebus constat, quas Longinus *πρὸς βολῆς ὑψηλῆς γυνιμωτάτης*, fontes grandiloquentiæ vberimòs nominat.

Prima est, τὸ *πρὸς βολῆς νοήσεις ἀδρῶν κέκολλο*, quod interpretor, sensuum, & inventionum vim; prudentiam, sagacitatem, fecunditatem. Qualis est in Homero, Demosthene, & Cicerone, quæ virtus maximè ex bonitate ingenij dependet.

Secūda, *σφοδρὸν & ἐπιβαστικὸν πάθος*, vehemens, æris, & furore quodam incitata affectio, in quo errant, qui furorem tantum Poetarum esse dicunt. Nam ad graues illos quoque, & vehementes oratores pertinet. Testis & ille Galba, qui cum causam meditaretur, plerumque ita incendebatur animo, ut vis caloris in corpus redundaret, & vultu rubore perfuso, scintillantibus oculis, quasi à sensibus abreptus, seruos etiam literatos operis ministros in isto animi impetu multaret. Quamobrem vehementer apti sunt ad eloquentiam, qui faciles sunt ad suscipiendas rerum imagines, & ad conseruandas tenaces, ipsèdem vehementer afficiuntur: faceret ipse Cicero sibi perorationes impetu quodam mentis fluere.

Tertia, est in temperie figuratum, earumque illustrum, ut Descriptionis, Amplificationis, Interfirandi, Interrogationis, Parabolarum, Iconum, &c. quæ commemorantur à Longino.

Quarta est, *γενναία φράσις*, dictio generosa, & grauibus tropis, non tamen affectatis, aut violentis illuminata, sed grandis, simplex, rotunda, à puerili cultu aliena.

Quinta, est *συνδήκη ὀνομάτων*, compositio, & numerus, atque is etiam affectationis expers, & plerumque de industria incuriosus.

De pulchritudine & suavitate styli.

CAPVT XXXVI.

Pulchritudo, quæ *καλὸς*, & *ὄψις* *ὕλησις* dicitur ab Hermogene, est singularum orationis partium, cum coloris suavitate concinnitas. Laxius Hermogenes, *καλὸς μὲν τῶν πρὸς τὸ ἐν λόγῳ κυρίως μὲν ἂν εἴη, τὸ ἐκ πάντων τῶν ποιητικῶν τὰς ἰδέαι αὐτῆς πάσαι, εἶον ὁμοιωθῶν, μετὰ τῶν ἀλλοτρῶν & τῶν λοιπῶν εὐδαιμονσον, & σὺν μέτρῳ, μετὰ ἡνὸς ἐμφορημένης διότι τὸ λόγος ποιητικὸς, ἡδὺς, μίαις πρεπωθῶσις τῆ ἰδέαι, κατὰ τὴν ἐν σὺν μαλὲ χροῶμα.* Ex quo intelligas duo esse genera pulchritudinis. Est enim vnum omnibus sui partibus concinnum, atque aptum: utpote sententijs, earum tractatione, verbis, ornamentis, membris, compositione, clausula, numero: Alterum est comparatum, & comparatum, quod *κατὰ ἡνὸς ἀπομιμνήσκον* dici.

Pulchritudo in stylo quid?

Pulch. duo genera.